

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe
der Quellenschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

Zwanzigster Band.



**Hannover und Leipzig.
Hahn'sche Buchhandlung.
1895.**

Ein Diplom und ein Placitum Heinrichs V.

Mitgetheilt von H. Bresslau.

1. Heinrich V. bestätigt dem Kloster Pomposa Reichsunmittelbarkeit, Güterbesitz, freie Abtwahl und andere Rechte.

Speyer 1114 September 13.

Abschrift des 15. Jahrhunderts im k. italienischen Staatsarchiv zu Modena (B).

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia quartus Romanorum imperator augustus. Si circa sanctorum loca beneficia condigna impendimus, hoc nostram imperialem maiestatem condecere credimus, insuper et aeterna premia nos inde adipisci confidimus. Quapropter omnium Christi nostrorumque fidelium universitatem scire volumus, qualiter nos ob amorem Christi et eius genetricis virginis Mariae ac per interventum dilectae nostrae contextalis Mathildis¹ regine et aliorum principum nostrorum scilicet² Erlungi³ Werceburgensis, Cūnonis Strazeburgensis⁴, Alberonis Metensis episcoporum, Erlulfi Fuldensis⁵, Stephani Limburgensis, Bennonis Laurisensis abbatum, Herimanni marchionis, Godefridi comitis palatii, [Goz]mari⁶ comitis, Bertholdi comitis ceterorumque fidelium nostrorum abbatiam sanctę Mariae in Pomposia ab antecessore nostro imperatore Ottone a Frederico Ravennatis ecclesiae archiepiscopo iuxta utriusque placitum ad imperialem subiectionem proprietatis concambiatam⁷ ac postea⁸ ab Heinricho nostro altero antecessore corroboratam et ab Hugone marchione magnifice

1) Corr. aus 'Mathilois' von anderer Hand. 2) 'sciciliae' B.
3) 'Erlunbi' B. Die Namen waren wohl mit Majuskeln geschrieben, wobei Verwechslung von G und b öfter vorkommt. 4) 'Strareburgensis' B
5) 'Erlulti tuldensis' B. 6) Die Ergänzung des in B verstümmelten Namens nach der Zeugenliste von St. 3117, wo Erlulf von Fulda und 'comes Gozmarus' erscheinen. 7) VU; 'cetero ambiatam' B. 8) VU; 'propterea' B.

dotatam¹ et in² atavum nostrum Cuonradum imperatorem et avum nostrum Heinricum bonęque memoriae patrem nostrum Heinricum imperatorem successione imperii et legali iure hereditatam, dehinc eodem iure ad nostrae dominationis manus receptam, cum omnibus suis pertinentiis, quicquid videlicet predicta abbatia per aliquod munimen cartarum vel traditionum detinet vel eidem pertinet ab ecclesia Romana et Rauennate aut ab aliqua alia, seu etiam quicquid iure proprietatis detinet aut acquirere in futuro potuerit: id est³ totam insulam integram, a primo latere Pado percurrente in mari, a secundo latere litus maris, a tertio vero latere Gauro et piscariam que vocatur Volana cum portu integro [a rivo Badarino]⁴ ex utrisque partibus usque in mare; et massam que dicitur Lacus Sanctus cum lateribus suis et cum piscaria que vocatur Tidini, a primo latere fundo qui vocatur Grecule et fundo qui vocatur Cornaceruina et fluvio qui vocatur Cesi et canale qui vocatur Curlo, a secundo latere valle que vocatur Farulle⁵ et fluvio qui vocatur Conca Agathę descendente in Gaurum, a tertio latere ipso Gauro, a quarto vero Pado percurrente; insuper curtem unam integram quę vocatur Vstolatus cum plebe sua et alia que vocatur Baoria et curtem aliam que vocatur Ultracanalem cum omnibus ad monasterium sanctę Marię in cenodochio pertinentibus et cum omnibus, quę predictę abbatię Hugo marchio filius Vberti dedit; quidquid etiam habet aut aquirere poterit infra Padum et Atasim fluvium vel infra Padum et Sandalum, et quantacunque in apostolicę sedis privilegio releguntur; verum etiam queque habet aut aquirere in civitate Rauenna poterit et infra totum comitatum Comaclensem et Gauellensem et Ferrariensem et Mutinensem et Bononiensem et Corneliensem et Fauentinum et Liviensem⁶ et Popliensem et Cesenatem et Montemferetranum et Ariminensem et Pensauriensem et Fanensem et Vrbiniensem et Castellatum et Perusinum et in omnibus quoque locis, cum areis edificiis castris capellis silvis pratis pascuis paludibus salectis olivetis vineis montibus vallibus planiciebus aquis aquarumque decursibus piscationibus venationibus salinis et cum omni utilitate, quę vel nominari vel scribi potest, — ab omni subiectione archiepiscoporum, Rauennatum excutimus, ut regalis imperpetuum sit, nullis

1) Von anderer Hand in Lücke ergänzt; VU und NU. St. 4223 'ditatam'. 2) B und NU. St. 4223; VU. 'per'. 3) VU; 'idem' B. 4) Lücke in B ergänzt aus VU. 5) 'Sarole' VU. 6) VU; 'lunensem' B.

dominantium personis subiecta. Sintque monachi eius ab omni secularis servicii infestatione securi, nullius persone magne vel parve nisi nostre de placito respondentes et ab omni angaria sive fodro tam nostro quam missorum nostrorum seu omnium secularium potestatum cum suis omnibus¹ remoti. Qui etiam de suis qualem voluerint abbatem eligant ab episcopo Comiacensi consecrandum; qui si sibi pro pecunia vel aliqua humana potestate molestus esse voluerit, veniat ad archiepiscopum Rauennatem ab eo benedicendus; et si hoc in isto quod in illo intervenerit, ad qualemcumque episcopum voluerit causa consecrationis properet. Si quis autem hoc preceptum imperiale nostrum [infringere]² presumpserit, componat ducentas libras auri [cocti, medietatem camere nostre et medietatem]² prelibate abbacie. Quod ut verius credatur, hanc paginam imperialem manu propria roboratam sigillari iussimus.

Signum domini Heinrichi quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Datum idus septembris indictione septima, anno dominicæ incarnationis millesimo CXIII⁰, regnante Heinricho quarto rege Romanorum anno VIII⁰, imperante [IIII⁰]³; actum est Spire; in Christo feliciter amen.

2. Unter Vorsitz Heinrichs V. wird im Hofgericht auf Bitte des Abts Faletrus vom Kloster Brondolo der Bann von hundert Pfund Goldes auf die Verletzung des Güterbesitzes des Klosters gelegt.

Treviso 1118 August 1.

Originalplacitum im k. italienischen Staatsarchiv zu Venedig (A).

V. Bellemo, Il territorio di Chioggia (Chioggia 1893) 295 aus A.

(C.) Dum in dei nomine in civitate Taruisii in casa archidiaconi ipsius civitatis subter porticum resideret domnus Einricus Romanorum semper augustus imperator ad iusticiam faciendam ac deliberandam, adesset cum eo domnus Einricus dux nec non Tridentinus episcopus et comes Albertus Ueronensis, Warnerius iudex, Azo Ferrarie iudex, Iohannes Monsilicanus iudex, item Aicardus iudex⁴,

1) B und NU. St. 4223; 'hominibus' VU. 2) Lücke in B, ergänzt aus VU. 3) Fehlt in B. 4) 'iudex' über der Zeile nachgetragen.

Engelfredus, Ardericus iuris causidici, Wecili, Arduinus Palude et Tisus et reliqui plures, ibique in istorum presencia veniens domnus Faletrus abas sanctę trinitatis et sancti Michaelis archangneli¹ de loco Brundolo, qui esse videtur infra regnum Uenecie, rogans domnum imperatorem, ut propter deum animeque sue suorumque parentum mercedem bannum imponeret super illum et super iam dictum monasterium et in cunctis bonis predicti monasterii tam mobilibus quamque immobilibus casis terris salinis seu familiis, tam quod nunc habet aut inantea habiturus est. Cumque ita mercedem postulasset, illico per iudicum consilio, qui ibi aderant, et per fustem, quem in manu sua tenebat, bannum inposuit supra iam dictum domnum Faletrum abatem et supra iam dictum monasterium et in cunctis rebus eius seu villis, nomina quorum hic subter leguntur: in comitatu Patavensi et curte qui dicitur Baniolo cum capellis et cum omni suorum pertinentiis et casis silvis terris cum paludibus et aquis piscationibus et omnibus rebus, que iacet in finibus Montegutero et in Galzegnano et in Rouolone et in Agna et in Uico Cerboni et in Montesilice et in Tribano et in Anguilaria et in Cona, et in comitatu Taruis[an]ense² in finibus Sacisica in vila Capuduico, in Arosaria, in Melaria, in Argere et in pleve Canni et Fugulani et iuxta fluvium Sile locus ubi dicitur Turre et est tercia porcio de villa et de terris et de castro qui dicitur Cendone, et in civitate Senegalia et in toto comitatu suo, et in monasterio sancti Enesti et in omnibus aliis locis ubicumque fuerit inventum de rebus iam dicti monasterii, tam quod nunc habet aut inantea deo propicio iuste adquirere vel laborare³ potuerit, in pena librarum auri centum, ut nullus quislibet homo neque comes neque episcopus neque vecedominus¹ neque gastaldius neque deganus audeat iam dictum domnum abatem et monasterium et homines suprascripti monasterii et omnes res suas molestare aut causare vel disvestire sine legali iudicio. Qui vero hoc bannum fregerit, siat¹ se compositurum predictas libras auri centum, medietatem camere domni imperatoris et medietatem in predicto monasterio et in abate et suis succesoribus¹ aut pars ipsius monasterii. Et hec noticia facta est propter securitatem suprascripti monasterii et iam dicti domni abati suisque rebus. Factum est hoc anno

1) A. 2) Die eingeklammerten Buchstaben sind ergänzt: das Pergament ist hier durchlöchert. 3) 'vel laborare' über der Zeile nachgetragen.

ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo octavo decimo, primo die mensis augusti, indicione undecima.

Ego Albericus iuris causidicus et notarius ex iussione domni imperatoris et amonicione iudicum scripsi. † Hoc signum fecit dominus Einricus imperator suis manibus. Ego Wernerius iudex ss. Ego Iohannes iudex ss. Ego Azo iudex ss. Ego Aicardus iudex interfui. Ego Ingelfredus causidicus interfui.

Von den beiden hier mitgetheilten Urkunden Heinrichs V. fand ich die erstere, die bei Stumpf nicht verzeichnet ist, im Frühjahr dieses Jahres im Staatsarchiv zu Modena und erhielt durch die liebenswürdige Freundlichkeit des Herrn Direktors dieses Archivs, Conte Ippolito Malaguzzi, eine Abschrift übersandt, da mir die Zeit fehlte, sie selbst anzufertigen. Die Copie, aus der der Druck stammt, gehört dem Ende des 15. Jahrh. an; die Schrift gleicht, wie mir Malaguzzi mittheilt, der in der Kanzlei des Borso und des Ercole I. von Este üblichen. Auf die zweite Urkunde machte mich mein junger Freund Dr. W. Lenel aufmerksam, dem ich auch die Abschrift verdanke: das Buch, in welchem sie im vorigen Jahre nicht ganz fehlerfrei gedruckt wurde, ist nur in wenigen Exemplaren verbreitet und dürfte in Deutschland fast unzugänglich sein, so dass ein neuer Abdruck an dieser Stelle sich empfahl.

Das D. für Pomposa geht anscheinend wörtlich auf die Purpururkunde Heinrichs IV. St. 2932 zurück, von der ich N. A. XIX, 683 ff. gesprochen habe. Ich habe diese für die Ergänzung und Berichtigung des Textes benutzt, auf die Anwendung von Petit-Druck zur Bezeichnung des aus der VU. Entlehnten aber verzichtet, da von jener Urkunde, wie ich a. a. O. bemerkt habe, noch keine ausreichende Ausgabe vorhanden ist, und sich daher noch nicht sagen lässt, ob die Abweichungen des DH. V. von der VU. nur dem Drucke der letzteren bei Muratori oder auch dem Original gegenüber bestehen. Der geschichtliche Werth beider Urkunden beruht wesentlich auf ihren Daten und den Listen der Intervenienten und Beisitzer. Das D. für Pomposa lehrt uns, dass der Kaiser, der am 26. August 1114 in Erfurt, am 30. in Fulda war (St. 3116. 3117) und Ende September einen Feldzug nach Westfalen unternahm, vor Beginn desselben zunächst an den Oberrhein zurückkehrte: in den Intervenienten lernen wir wahrscheinlich einen Theil der Fürsten kennen, die ihn auf diesem

Zuge begleiteten. Das Placitum für Brondolo fügt den spärlichen Itinerarangaben, die aus dem Jahre 1118 für die Zeit nach dem Aufbruch von Rom bisher bekannt waren, eine willkommene neue hinzu¹; indem unter den Beisitzern der 'iudex Warnerius', d. i. der berühmte Rechtslehrer Irnerio von Bologna erscheint, giebt die Urkunde auch zu dessen Regesten einen neuen Beitrag². Ueber die Form, in welcher das Placitum durch den Kaiser unterfertigt ist, vgl. Cipolla, *Diplomi imperiali e reali delle cancellerie d'Italia* Text S. 26 ff.

1) Von Urkunden waren bisher nur zwei bekannt: St. 3158, Bombiana (im Renothal, nördlich von Pistoja), Juni 21 und St. 3158a, Montecchio, westlich von Vicenza, dessen Datierung Schwierigkeit macht. Im Abdruck bei Ficker, *Forsch. zur ital. Reichs- und Rechtsgesch.* IV, 141, n. 96, der einen älteren Druck Castellinis wiederholt, sind die Daten zu Anfang: 'feria VII., que est quinto kal. sept.', am Schluss: 'a. inc. 1118, ind. 11'. Danach hat Ficker das Stück zum 28. August angesetzt, während es im Nachtrag zu Stumpf zum 21. August eingereiht ist; endlich ist es doch wohl dasselbe, welches Winkelmann *N. A. V*, 12 aus der Bibliothek zu Vicenza mit 1118 Aug. 19 citiert. Aber weder der 19., noch der 21., noch der 28. August fiel im Jahre 1118 auf einen Sonnabend! 2) Vgl. Ficker *a. a. O.* III, 156; Fitting, *Die Anfänge der Rechtsschule von Bologna* S. 90.
